



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ignis Holocavsti Sev Affectvs Ex Divinis literis, & Sanctis  
Patribus collecti, Quibus animus Sacerdotis ad piè,  
feruenterq. celebrandum disponatur**

**Poiré, François**

**Romæ, 1639**

Oblatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53152](#)

---

OBLATIO.

**E**t nūc scio, Pater,  
quia honorū meo-  
rum non eges, sed di-  
xisti, Siego Pater, vbi  
honor meus? & rur-  
sum, Fili mi, præbe,  
mihi cor tuum. Nunc  
ergo, illuminatio mea,  
tu vides conscientiam  
meam: quia, Domine,  
ante te est omne desi-  
derium meū, & tu do-  
nas si quid bene vult  
conscientia mea. Si bo-  
nū est, Domine, quod

Psal. 17  
Malac.

Prou. 25  
S. Aug.  
Medit.  
cap. 41.

G 3 in-

150 *Die Martis*

inspiras; imò quia bonum est, vt te velim amare, da quod me facis velle; da vt quantum iubes, tātū te merear amare, Laudes, & gratias offero, ne sit mihi donum tuū in fructuōsum, quod tua spontanea dedisti volūtate. Perfice quod incepisti; & dona quod me benignè præueniendo imeritum desiderare fecisti. Conuerte, benignissime, meum torporem in feruentissimum tui amorem. Ad hoc enim, clementissime,

me , tendit hæc oratio  
mea , hæc memoria ,  
& meditatio beneficio-  
rum tuorum , vt tui in  
me accendas amorem.

---

P E T I T I O .

**D**O M I N E Deus <sup>S. Aug.</sup>  
meus , formator <sup>Solilog.</sup>  
<sup>Bes. 36.</sup>  
meus ex vtero matris  
meæ , nō me permittas  
amplius ex uno di-  
strahi in multa : sed  
collige me de exterio-  
ribus ad me , de me ad  
te : vt dicat tibi semper <sup>Ps. 126.</sup>  
cor meum ; Exquisuit

G 4 te